

N R  
305

Red paper fragment

4765.



*N. K. 2005*

INSIGNIA NOBILITATIS  
POSTHUMA,

*Id est,*

PERENNIS FAMA, ASSIDUA VIRTUTIS FILIA,

*Ipso humationis die*

GENEROSISSIMÆ VIRGINIS,

AGNES RENATÆ

ab ALVENSLEVEN,

ILLVSTRIS & GENEROSISSIMI VIRI,

DOMINI,

DN. GEBHARDI

ab ALVENSLEVEN,

Serenissimi Ducis Saxoniae AUGUSTI piæ memoriæ Con-  
filiarii quondam intimi, Neogatt. Gloth. Brumb. &  
Seedorf. Hæreditarii,

HEROIS TOGATI INCOMPARABILIS

Relictæ junioris Filix,

*Obsequiosis manibus delineata*

à

CHRIST. HEINR. Schlitten.

1696. d. 12. Jul.

---

MAGDEBURGI,

Typis JOHANNIS DANIELIS MÛLLERI, Electoris Brandenburgici Privil. Typographi.



LAMENTA! O LUCTUS!

Natura vim patitur,

Nam

Virtutes afficere vitiorum præmiis,

Quid aliud est?

Quam

Nocivam qualitatum introducere Metamorphosin,

Et

Virtutes ipsas

Vitiorum appellare nominibus,

id est,

Naturæ subruere fundamenta.

Digna erant longiori ævo,

Animi pietas, pectoris candor, rara doctrina,

Quibus excelebat

GENEROSISSIMA VIRGO

AGNESA RENATA ab ALVENSLEVEN.

Verum,

Pro vitâ Mortem adeptâ,

Suo exemplo docuit:

Nulla virtutibus constare præmia.

Equidem,

Simuliebrem ornatum externo vestium luxu metiris,

Formosa non fuit,

Quippe

Hoc vanis mentibus relinquens.

Verum decus quæsivit in animo:

Hinc est,

Quod Nobilitatis insignia vivis coloribus expressit.

Triga

Triga Rosarum Insignia occupat:

Primam DEO,  
Sequentem familiae,  
Ultimam proximo  
Sacrauit.

Cum flore ætatis flores effloruerunt pietatis,  
Et hinc DEO  
Odor bonæ fragrantia.

Cum flore nativitatis effloruerunt flores nobilitatis,  
Et hinc Familiae  
Odor sinceræ observantia.

Cum flore educationis effloruerunt flores Religionis,  
Et hinc proximo  
Odor suavissimæ charitatis.  
En mysteriosa insignia,  
Et

Insignibus actionibus insigniter expressa mysteria!

Quis hinc arceret lamenta? quis luctus?

Unum dolendum est,

Avara fuit,

Non accipiendo, sed dando;

Hinc nunquam dives,

Quia cum Apostolo amabat

Ementestanquam non possidentes.

Vis doctrinam?

Gnara fuit, sed ignorantia,

Quia hoc in doctrina summum credebat,

Scire se nihil scire.

Quot dotes in uno corpusculo!

Supra Sexum sapuit,

Hinc sexui Angelorum associata;

Sic,

Quo terrâ non digna est,


Coelum recipit:

Cur

Cur enim terrenis sordibus inquinaretur tam pia anima?  
 RENATA erat,  
 Quia spiritualiter mortua:  
 Nunc mortua,  
 Quia corporaliter resuscitanda.  
 O beatam Analysin!  
 Quam sequetur  
 Beatissima Synthesis.  
 Afflictum animæ habitaculum dubiis Medicorum subtra-  
 ctum est consiliis,  
 Quia,  
 Quod læserat, Deus ipse sanare voluit:  
 Sic ægrotorum vulnera  
 Sæpè ducunt ad cœli pharmaca,  
 Et  
 Anxia suspiria,  
 Ad æterna gaudia.  
 Adeste Propinqui  
 Vestræ quondam cara pectora  
 Et beatæ beatas accipite vices;  
 Cœlitum coetui immista est, ubi perpetua miscet júbila.  
 Tu vero, amice lector, ita vive,  
 Ut post tristia hæc vitæ momenta  
 Similiter inchoare possis suavissima secula!









# INSIGNIA NOBILITATIS POSTHUMA,

Id est,

, ASSIDUA VIRTUTIS FILIA,

*so humationis die*

ISSIMÆ, VIRGINIS,

SÆ RENATÆ

ENSLEVEN,

GENEROSISSIMI VIRI,

OMINI,

EBHARDI

ENSLEVEN,

onia AUGUSTI piæ memoriae Con-  
imi, Neogatt, Gloth, Brumb, &  
edorf, Hæreditarii,

ATI INCOMPARABILIS

stæ junioris Filix,

*violis manibus delineata*

HEINR. Schlitten.

1596. d. 12. Jul.

MAGDEBURGI,

Typis JOHANNIS DANIELIS MÛLLERI, Electoris Brandenburgici Privil. Typographi.

